

**Deus in adiutorium meum intende.**

Domine ad adiuvandum me festina.  
Gloria Patri, et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.  
Alleluja.

**Dixit Dominus Domino meo:**

sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos,  
scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion:  
dominare in medio inimicorum tuorum.  
Tecum principium in die virtutis tuae;  
in splendoribus sanctorum:  
ex utero ante luciferum genui te.

luravit Dominus et non penitebit eum;  
tu es sacerdos in aeternum  
secundum ordinem Melchisedech.  
Dominus a dextris tuis confregit  
in die irae suae reges.

ludicabit in nationibus,  
implebit ruinas:  
conquassabit capita in terra multorum.  
De torrente in via bibet:  
propterea exaltabit caput.

Gloria Patri, et Filio,  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

**Nigra sum** sed formosa filiae Ierusalem.  
Ideo dilexit me Rex, et introduxit me  
in cubiculum suum et dixit mihi:  
Surge, amica mea, et veni.  
Iam hiems transiit, imber abiit et recessit,  
flores apparuerunt in terra nostra;  
tempus putationis advenit.

**Laudate pueri** Dominum:

laudate nomen Domini.  
Sit nomen Domini benedictum,  
ex hoc nunc, et usque in saeculum.  
A solis ortu usque ad occasum,  
laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus,  
et super caelos gloria eius.  
Quis sicut Dominus Deus noster,  
qui in altis habitat et humilia  
respicit in caelo et in terra,  
suscitans a terra inopem  
et de stercore erigens pauperem,  
ut collocet eum cum principibus,  
cum principibus populi sui?

**O God, make speed to save me.**

O Lord, make haste to help me.  
Glory be to the Father and to the Son  
and to the Holy Ghost.  
As it was in the beginning, is now and ever shall be,  
world without end. Amen.  
Allelujah.

**The Lord said unto my Lord:**

sit thou at my right hand, until I make thine enemies  
thy footstool.

The Lord will send the rod of strength out of Sion:  
rule thou in the midst of thine enemies.  
Thine is the foundation in the day of thy power;  
in the beauties of holiness I have born thee  
from the womb before the morning star.

The Lord hath sworn and will not repent;  
thou art a priest for ever  
after the order of Melchisedech.  
The Lord at thy right hand has broken  
kings in the day of his anger.

He will judge the nations,  
he will fill them with ruins:  
he will break the heads in the populous land.  
He shall drink of the torrent on the way;  
therefore he shall lift up his head.

Glory be to the Father and to the Son  
and to the Holy Ghost.  
As it was in the beginning, is now and ever shall be,  
world without end. Amen.

**I am a black** but beautiful daughter of Jerusalem.  
So the King loved me, and led me  
into his bedroom and said to me:  
Arise, my love, and come away.  
Now winter has passed, the rain has gone  
and flowers have appeared in our land;  
the time of pruning has come.

**Praise the Lord**, ye children,

praise the name of the Lord.  
Blessed be the name of the Lord,  
from this time forth for evermore.  
From sunrise to sunset,  
the Lord's name is worthy of praise.

The Lord is high above all nations and his glory  
above the heavens.  
Who is like the Lord our God,  
who dwells on high and looks down on  
the humble things in heaven and earth,  
raising the helpless from the earth  
and lifting the poor man from the dungheap,  
to place him alongside princes,  
with the princes of his people?

barbican

Qui habitare facit sterilem in domo,  
matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri et Filio  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

**Pulchra es**, amica mea,  
suavis et decora filia Ierusalem.  
Pulchra es, amica mea,  
suavis et decora sicut Ierusalem,  
terribilis sicut castrorum acies ordinata.  
Averte oculos tuos a me,  
quia ipsi me avolare fecerunt.

**Laetutus sum** in his quae dicta sunt mihi:  
in domum Domini ibimus.  
Stantes erant pedes nostri  
in atriis tuis Ierusalem.  
Ierusalem, quae aedificatur ut civitas  
cuius participatio eius in idipsum.  
Illuc enim ascenderunt tribus,  
tribus Domini, testimonium Israel  
ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio,  
sedes super domum David.  
Rogate quae ad pacem sunt Ierusalem  
et abundantia diligentibus te.  
Fiat pax in virtute tua  
et abundantia in turribus tuis.  
Propter fratres meos et proximos meos  
loquebar pacem de te.  
Propter domum Domini Dei nostri  
quaesivi bona tibi.

Gloria Patri et Filio  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

**Duo Seraphim** clamabant alter ad alterum:  
Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth:  
plena est omnis terra gloria eius.  
Tres sunt qui testimonium dant in coelo:  
Pater, Verbum et Spiritus Sanctus;  
et hi tres unum sunt.

**Nisi Dominus** aedificaverit domum,  
in vanum laboraverunt qui aedificant eam.  
Nisi Dominus custodierit civitatem,  
frustra vigilat qui custodit eam.  
Vanum est vobis ante lucem surgere:  
surgite postquam sederitis,  
qui manducatis panem doloris.  
Cum dederit dilectis suis somnum;  
ecce hereditas Domini, filii:  
merces, fructus ventris.  
Sicut sagittae in manu potentis:

He makes a home for the barren woman,  
a joyful mother of children.

Glory be to the Father and to the Son  
and to the Holy Ghost.  
As it was in the beginning, is now ever shall be,  
world without end. Amen.

**You are beautiful**, my love,  
sweet and comely daughter of Jerusalem.  
You are beautiful, my love,  
sweet and comely as Jerusalem,  
terrible as the sharp lines of a military camp.  
Turn your eyes from me,  
because they have put me to flight.

**I was glad** when they said unto me:  
we shall go into the house of the Lord.  
Our feet were standing  
within thy gates, O Jerusalem.  
Jerusalem, which is built as a city  
that is compact together.  
For thither ascended the tribes,  
the tribes of the Lord, to testify unto Israel,  
to give thanks to the name of the Lord.

For there sat the seats of judgement,  
the seats over the house of David.  
O pray for the peace of Jerusalem  
and may prosperity attend those who love thee.  
Peace be within thy strength,  
and prosperity within thy towers.  
For my brothers' and my neighbours' sake,  
I will ask for peace for thee;  
for the sake of the house of the Lord our God  
I have sought blessings for thee.

Glory be to the Father and to the Son  
and to the Holy Ghost.  
As it was in the beginning, is now and ever shall be,  
world without end. Amen.

**Two Seraphim** were calling one to the other:  
Holy, holy, holy Lord God of Hosts:  
the whole earth is full of his glory.  
There are three who give testimony in heaven:  
the Father, the Word and the Holy Spirit:  
and these three are one.

**Except the Lord** build the house,  
they have laboured in vain that build it.  
Except the Lord keep the city,  
the watchman waketh but in vain.  
It is vain for you to rise before dawn:  
to rise when you have sat down,  
ye who eat the bread of sorrow.  
When he has given sleep to those he loves,  
behold, children are an inheritance of the Lord,  
a reward, the fruit of the womb.  
As arrows in the hand of the mighty,

ita filii excussorum.  
Beatus vir qui implevit  
desiderium suum ex ipsis: non confundetur  
cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri et Filio  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

**Audi, coelum,** audi verba mea plena  
desiderio et perfusa gaudio.

Dic, quaeso, mihi: Quae est ista  
quae consurgens ut aurora rutilat,  
ut benedicam?

Dic nam ista pulchra ut luna,  
electa ut sol, replet lætitia  
terras, coelos, maria.

Maria virgo illa dulcis praedicta de  
propheta Ezekiel, porta orientalis?

Illam sacra et felix porta per  
quam mors fuit expulsa  
introducitur autem vita?

Quae semper tutum est medium  
inter homines et Deum  
pro culpis remedium?

Omnes hanc ergo sequamur qua cum  
gratia mereamur vitam æternam.  
Consequamur.

Praestet nobis Deus, Pater hoc et Filius  
et Mater cujus nomen invocamus dulce  
miseris solamen.

Benedicta es, virgo Maria,  
in saeculorum saecula.

**Lauda, Jerusalem, Dominum:**  
lauda Deum tuum, Sion.  
Quoniam confortavit seras portarum tuarum:  
benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem:  
et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ:  
velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam:  
nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas:  
ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

so are children of the vigorous.  
Blessed is the man who has fulfilled  
his longing by them: he shall not be perplexed  
when he speaks to his enemies at the gate.

Glory be to the Father and to the Son  
and to the Holy Ghost.  
As it was in the beginning, now and ever shall be,  
world without end. Amen.

**Hear, O heaven,** hear my words full  
of longing and pervaded by joy.

Tell me, I pray, who is she  
that shines like the dawn in her rising,  
that I might bless her?

Tell me, for she, beautiful as the moon,  
radiant as the sun, fills with joy the earth,  
heavens and seas.

Mary, that sweet virgin foretold by the prophet  
Ezekiel, the gateway to the East?

That sacred and happy portal through  
which death was driven out  
and life brought in?

She who is always a sure intermediary  
between men and God,  
the cure for our sins?

Let us all therefore follow her through  
whose grace we may be granted eternal life.  
Let us go with her.

May God help us, God the Father, and the Son,  
and the Mother on whose sweet name we call  
as a comfort to the wretched.

Thou art blessed, virgin Mary,  
for ever and ever.

**Praise the Lord, O Jerusalem;**  
praise thy God, O Zion.  
For he has strengthened the bars of thy gates;  
he has blessed thy children within thee.

He makes peace in thy borders,  
and fills thee with the finest wheat.

He sends his commandment to the earth;  
his word runs swiftly.

He giveth snow like wool;  
he scatters frost like ashes.

He casteth forth his ice like morsels;  
before his cold who can stand?

barbican

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea:  
flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui nunciavit verbum suum Jacob:  
justitias et judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi:  
et judicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri et Filio  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum. Amen.

**Ave maris stella,**  
Dei Mater alma  
Atque semper Virgo  
Felix coeli porta.

Sumens illud Ave  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Evæ nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpæ solutos,  
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum  
Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui Sancto  
Trinus honor unus. Amen.

**Sancta Maria, ora pro nobis.**

**Magnificat anima mea Dominum:**  
et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.  
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ:  
ecce enim ex hoc  
beatam me dicent omnes generationes.  
Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum  
nomen ejus.  
Et misericordia ejus a progenie in progenies  
timentibus eum.

He sends out his word, and melts them;  
his spirit blows, and the waters flow.

He shows his word to Jacob,  
his statutes and judgments to Israel.

He has not dealt so with any nation;  
and his judgments he has not made manifest.

Glory be to the Father and to the Son  
and to the Holy Spirit.  
As it was in the beginning, is now, and ever shall be,  
without end. Amen.

**Hail, star of the sea,**  
bountiful mother of God  
and ever Virgin,  
happy gate of heaven.

Taking that Ave  
from the mouth of Gabriel,  
preserve us in peace,  
giving Eve a new name.

Loose the chains of the bound,  
bring light to the blind,  
drive out our ills,  
invoke all things good.

Show thyself to be a mother,  
may he who was born for us  
receive our prayers  
through thee.

Singular virgin,  
more gentle than all,  
absolve us from sin and  
make us gentle and pure.

Grant us a pure life,  
prepare a safe way,  
that in seeing Jesus  
we may rejoice for ever.

Praise be to God the Father,  
glory to Christ on high,  
and with the Holy Spirit  
one triple honour. Amen.

**Holy Mary, pray for us.**

**My soul doth magnify the Lord,**  
and my spirit hath rejoiced in God my saviour.  
For he hath regarded the lowliness of his  
handmaiden: for behold from henceforth all  
generations shall call me blessed.  
For he that is mighty hath done great things to me,  
and holy is his name.  
And his mercy is on them that fear him from  
generation to generation.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos  
mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede,  
et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis:  
et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus  
misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et  
semini ejus in saecula.

Gloria Patri et Filio  
et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in  
saecula saeculorum. Amen.

He hath shewed strength with his arm; he hath  
scattered the proud of heart.

He hath put down the mighty from their seat, and  
hath exalted the lowly.

He hath filled the hungry with good things, and the  
rich he hath sent empty away.

He hath sustained Israel his servant, remembering  
his mercy.

As he promised to our forefathers, Abraham and his  
seed for ever.

Glory be to the Father and to the Son and to the  
Holy Spirit.

As it was in the beginning, is now, and ever shall be,  
without end. Amen.

© English text adapted and translated by Clifford  
Barlett/John Kilpatrick (biblical sections based on  
King James Bible)

**barbican**